

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Confessio af
cum fonte primo

Quare uicia sua nemo confitetur?
Quia eciam nunc in illis est.
Somnium narrare uigilantis est
et uicia sua confiteri sanitatis indicium est.
Expergiscamus ergo
ut mores nostros coarguere possimus.

Seneca epistola LIIII.

Quare vitia sua nemo confitetur?
quia etiam nunc in illis est:
somnium narrare uigilantis est,
et vitia sua confiteri sanitatis indicium est.
Expergiscamur ergo,
ut errores nostros coarguere possimus.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium
epistulae morales*, 53.8 (L. Reynolds ed.,
vol.1, pp.141-2, ll.24-25, 1-2).